



AD LECTOREM,

Uas ob causas Planisphaerium istud Stellatum, Tractatulo de legitimo usu vestitum, in publicum emisit, Jacobus Bartschius è Lusatis, Hexapol. Laubanus, Phil. M. & Poeta Cæs. Philiater, Lector benevolus, ex adjunctâ ipsius Præfatiunculâ facile cognoscet. Jam cur Tabulas etiam Astronomicas annectere voluerit, paucis admonendus.

In Astronomicis operationibus notum est, omnia referri vel ad motum Cœlestium corporum, vel ad tempus inde proveniens: seu uno verbo; Ad certum aliquod tempus semper motus cœli inquiri; quorum alter primi mobilis seu diurnus, qui singulis stellis communis diei spatium perficitur; Alter secundorum mobilium, qui tam singulis Planetis, quam innumeris fixis proprius.

Cum itaq; Planisphaerium hoc præcipuè ad Fixarum